

De civitate Haronia cum suis pertinentiis, que dedit Domui (Teutonice²⁸⁶) Eython, Rex Hermenie.

Voluntate beneficii Dei Patris et gracia Domini nostri et Salvatoris (a) Jhesu Christi et beneplacito Sancti Spiritus, ego EYTHON, Christi Dei fidelis Rex Armenie, filius Costantini stirpis regie, et ELISABETH (b) Regina ejusdem, filia quiescentis in Christo Leonis Regis. Notum facimus vobis, qui nunc estis et qui post futuri estis, quod dedimus, ut petiit, Dei habitaculo domui Hospitalis Alemannorum, per manus sancti et religiosi Magistri Fratris *Hermani*²⁸⁷ et dilecti Dei Comendatoris Fratris *Lutoldi* (c), nominatam et speciosam civitatem *Haroniam* cum sui dispositione confinii, sicut est contiguum et separatum, secundum quod Dominus Gaufridus (d) habebat, quando Haronie dominus erat; quod nominamus singillatim cum abbaciis, casalibus, gastinis, terra, aqua, molendinis, prodiis, montibus, collibus et fructiferis planis, et omnibus fructibus et pertinentiis et possessionibus. Quia vidimus sanctam et religiosam Domum Hospitalis Alemannorum impletam et refertam omni bonitate in omnibus et per omnia cruce signatam et militantem contra inimicos crucis Christi, et per ipsum vincentem in adversarios in preliis, et ornatam et confortatam in servicio infirmorum, et semper sibi provident in dona pauperum, et receperunt nostrum regnum (a) in veram fraternitatem et sororitatem. Modo autem amplius

²⁸⁶ Le dos du manuscrit de Venise porte cette note: «Rescriptum Privilegij Regis Armenie super bonis Baronie»: mais je crois que c'est par erreur qu'on a écrit Baronie au lieu d'écrire Haronie.

²⁸⁷ Hermann de Salza turingien, était le quatrième chef de l'ordre des chevaliers Teutons; il devint le premier par ses mérites, ayant accompli beaucoup d'actes de bravoure et de bonté durant les trente années de sa direction (1210-1239). Dans les première années (1212) s'étant rendu à Antioche et en Arménie, il obtint de Léon en donation, le château d'Amouda; pendant ses dernières années (1236), étant de nouveau retourné à Sissouan, il reçut de Héthoum le château de Haronia. Il avait acquis encore d'autres possessions en plusieurs lieux de la Syrie, et il y avait fondé des maisons pour les chevaliers de son ordre, comme il l'avait fait en Occident. Il jouissait de la sympathie et de l'estime du Pontife romain, ainsi que de l'empereur Frédéric II, et il faisait tous ses efforts pour les reconcilier. Il passa ses dernières années en Italie et mourut dans la ville de Salerno.

a. Dans l'exemplaire de V. Langlois ou de Berlin, ces deux mots: «et Salvatoris», manquent.

b. Dans l'exemplaire de V. Langlois, Ehelisabeth.

c. Id. Id. Littoldi.

d. Id. Id. Gofridus.